

Jiménez de Cisneros, Francisco, 1436-1517

Testamento del venerable siervo de Dios y Cardenal, D. Fr. Francisco Ximenez de Cisneros, confessor de los Reyes Catholicos, Arzobispo de Toledo ... adjuntas las Facultades Apostolicas, que obtuvo, para testar, es como se sigue, conforme à su original.

[S.n. : s.n., 16-?].

Vol. encuadernado con 34 obras

Signatura: FEV-AV-M-00452 (04)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente



TESTAMENTO

DEL VENERABLE SIERVO DE DIOS,
Y CARDENAL,
D. FR. FRANCISCO XIMENEZ
DE CISNEROS,

CONFESSOR DE LOS REYES CATHOLICOS, ARZOBISPO de Toledo, Chancillèr Mayor de Castilla, Inquisidor General, Capitàn General de la Africa, y Governador diferentes vezes de los Reynos de España, Fundador de el Colegio Mayor de San Ildephonso, y Universidad de la Ciudad de Alcalà de Henares, adjuntas las Facultades Apostolicas, que obtuvo, para testàr, es como se sigue, conforme à su Original.



N DEI NOMINE AMEN. Establecido es à todos los hombres aver de morir: y así como es esto cierto, así la hora de la muerte es incierta. Por esso conviene estar apercebido de continuo para ella: así en emmendar nuestra vida, è hazer Obras, para alcançar la Gloria, que en la otra vida esperamos, como en satisfacer nuestros Cargos, Culpas, è negligencias passadas. Porque por lo vno, y por lo otro podamos tener esperança de nuestra Salvacion: y si esto es necessario à qualquier Fiel Christiano, mucho mas à los Prelados, que recibieron mayores dones, espirituales, è temporales de nuestro Señor Dios en su Santa Iglesia; entre los quales Nos somos vno, y por la Divina despensacion fuimos llamado de la Santa Religion de los Frayles Menores de la Observancia à la Dignidad Primacial, è Arçobispado de la Santa Iglesia de Toledo, y despues à el Santo Colegio de los Cardenales de la Iglesia Romana. De los quales cargos tanto, quanto son grandes, y de los mayores de la Iglesia Univerfal, tanto mayor quenta à vemos de dar ante el Soberano Juez Dios nuestro Señor, à el qual plega recibirla con su infinita clemencia, y misericordia, en la qual sola confiamos. Y porque en nuestros

tros dias deseamos gastar nuestras rentas en cosas de el servicio de nuestro Señor Dios, y en exaltacion de la Santa Feè Catholica, y de lo que de ellas quedare, pagados, è descargados nuestros cargos, queremos, que despues de nuestros dias sea gastado, como adelante se dirà. Porende acordamos de ordenar nuestro Testamento, è postrimera voluntad a Gloria de Dios, y de la Virgen Maria, su Madre, y de el Glorioso Caudillo, è Principe de la Iglesia el Archangel Sant Miguel, è de los Bienaventurados Apostoles Sant Pedro, è Sant Pablo, Principes de los Apostoles, è de el Bienaventurado Apostol Santiago, Patron de España, è de el Bienaventurado Santo Eugenio, y Sant Ildephonso, Patrones de nuestra Santa Iglesia, y de el Glorioso Padre nuestro Sant Francisco, y de los otros Santos de la Corte Celestial. Porende sepan todos los que la presente vieren, como Nos Don Fr. Francisco Ximenez de Cisneros, por la Divina misericacion, Cardenal, de la Santa Iglesia de Roma, de el Titulo de Santa Balbina, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, queriendo vsar de las facultades Apostolicas, que Nos tenemos, para testar, è disponer de nuestros bienes, el tenor de las quales, es este, que se sigue. -----

JULIUS EPISCOPVS, SERVUS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Ad ea ex paternæ Charitatis officio libentè intendimus, per quæ Collegijs Scholarium, illorumque Rectoribus pro eis incumbentibus oneribus facilius supportandis de opportunæ subventionis auxilio succurratur. Dudùm per felicis recordationis Alexandrum Papam Sextum, Prædecessorem nostrum, accepto, quòd aliàs venerabilis Frater noster, tunc suus, Franciscus, Archiepiscopus Toletanus in Oppido de Alcalà de Henares suæ Diocesis vnum Collegium Scholarium pro Scholaribus Pauperibus litterarum studio in Artibus, & Theologia operam dare volentibus, suis sumptibus, & expensis instituerat, & ordinaverat. Quòdque si eidem Collegio pro eorundem Scholarium sustentatione alia præstimonια, seu præstimoniales portiones, aut simplicia, & alia Beneficia Ecclesiastica ad suam collationem expectantia perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur, ex eo profectò ipsorum Scholarium commoditatibus plurimùm consuleretur. Idem Alexander, Prædecessor charissimi in Christo Filij nostri, tunc sui, Ferdinandi Regis, & charissimæ in Christo Filix nostræ, tunc suæ, Elisabeth, Reginae Hispaniarum, & Siciliae Catholicorum supplicationibus inclinatus, eidem Francisco Archiepiscopo, vt tot præstimonια, seu præstimoniales portiones, aut simplicia, vel alia Beneficia Ecclesiastica ad collationem suam legitimè spectantia, quorum fructus, redditus, & proventus quingentarum Librarum Turonensium parvorum secundùm comunem estimationem valorem annum non excederent, vniri valeret, facultatem concessit: prout in litteris Apostolicis desupèr confectis plenius continetur. Cùm autem sicut exhibita nupèr nobis pro parte præfati Francisci, Archiepiscopi petitio continebat, ipse præstimonια, seu præstimoniales portiones, aut simplicia, & alia Beneficia Ecclesiastica ad collationem suam spectantia tunc certo modo successivè vacantia eidem Collegio dictarum litterarum vigore perpetuò univerit, annexerit, & incorporaverit. Ipseque Franciscus, Archiepiscopus Collegij huiusmodi nomine unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum vigore, præstimoniorum, seu præstimonialium portionum, aut simplicium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum prædictorum possessionem affecutus fuerit, & ut eadem petitio subiungebat, à nonnullis de iuribus unionis annexionis, & incorporationis per eundem Franciscum, Archiepiscopum vigore litterarum Alexandri, Prædecessoris factarum huiusmodi hæsitetur, & ab aliquibus asseratur præstimonια, seu præstimoniales portiones, ac simplicia, & alia Beneficia huiusmodi aliàs, quàm ut præfertur, vacavisse, & vacare, ac aliorum fructus, redditus, & proventus quingentarum librarum similium secundùm

cundum comunem estimationem valorem annum excedere: pro parte eiusdem Francisci, Archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut unioni, annexioni, & incorporationi litterarum Alexandri, Prædecessoris vigore per eum factæ huiusmodi robur adijcere, & alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes Beneficia Ecclesiastica alijs uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem, secundum comunem estimationem, & Beneficij, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis, quorum interesset, ne Collegium huiusmodi dictarum unionum frustraretur effectu, providere volentes, ipsumque Franciscum, Archiepiscopum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis ab iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore, censentes; necnon præstimoniorum, seu præstimonialium portionum, aut simplicium, & aliorum Beneficiorum unitorum huiusmodi invocationes, situationes, qualitates, ac verum, & ultimum illorum vacationis modum, etiam si ex eo, quævis generalis reservatio, etiam in corpore iuris, clausa resultet, ac illorum dummodò sexcentarum librarum huiusmodi non excederent, ac Collegij huiusmodi fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præsentibus, & expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & Apostolica autoritate decernimus, quòd litteræ Alexandri, Prædecessoris, ac uniones, annexiones, & incorporaciones per Franciscum, Archiepiscopum Collegio factæ huiusmodi, ac processus habiti per eandem, & inde sequuta quæcunque à Datis præsentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; & eidem Collegio suffragentur in omnibus, & per omnia, per inde ac si in ipsius Prædecessoris litteris, quòd præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut simplicia, & alia Beneficia ad suam collationem spectantia, quorum fructus, redditus, & proventus sexcentarum librarum similium secundum estimationem prædictam valorem annum non excederent, unire posset, expressum fuisset, etiam si illa, vel ille quovis modo, & ex cuiuscunque persona, seu per liberam resignationem cuiusvis de illis extra Romanam Curiam, etiam coràm Notario publico, & Testibus spontè factam, vacent; etiam si tantoperè vacaverint, quòd eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem Apostolicam legitimè devoluta, ipsaque præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut simplicia, vel alia Beneficia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reservata existent, & super eis inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa. Necnon Præfato Francisco, Archiepiscopo, ut de omnibus bonis ab eo per Ecclesiam Toletanam, cui præesse dignoscitur, licitè acquisitis, quæ altaris, vel altarium ipsius Ecclesiæ ministerio, seu alicui specialitè eorundem divino cultui, vel usui non fuerint deputata pro utilitate, & commoditate Collegij, & Scholarium prædictorum inter vivos, seu ultima voluntate disponere, prius tamen de omnibus bonis prædictis ab ære alieno, & ijs, quæ pro reparandis domibus, & ædificijs consistentibus in locis ipsius Ecclesiæ, culpa, vel negligentia sua, seu suorum Procuratorum destructis, seu deterioratis, necnon restaurandis alijs viribus eiusdem Ecclesiæ de prædictis, ex culpa, & negligentia suprædictis fuerint opportuna, deductis eidem Collegio concedere valeat autoritate Apostolica præfata tenore præsentium facultatem concedimus. Non obstante voluntate nostra prædicta, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Alexander, Prædecessor in dictis litteris voluit non obstare: quòdque præfatus Franciscus, Archiepiscopus ordinis Fratrum minorum Professor existat, cæteris contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam

ginam nostræ absolutionis, voluntatis, decreti, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum: Anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, tertio: sexto Kalendas Decembris: Pontificatus nostri anno primo. B. de Comitibus: registrata apud me Sigismundum. ANTONIVS Garfía de Villalpando, utriusque iuris Doctor, Officialis, & Vicarius Generalis in Civitate Toletana Iudex, & Executor ad infra scripta unâ cum quibusdam alijs infra scriptis nostris in hac parte Collegis cum illa clausula, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios &c. A Sede Apostolica specialiter deputatus. UNIVERSIS, & singulis præsentibus litteras inspecturis, lecturis, visuris pariter, & audituris, quos infra scriptum tangit negotium, seu tangere poterit, quorumque interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet, & in futurum comunitè, vel divisim in quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque præfulgeant dignitate, salutem in Domino, & nostris huiusmodi immò veriùs Apostolicis firmitè obedire mandatis. Binas litteras Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Julij, divina providentia Papæ Secundi in forma brevium sub annulo Piscatoris more Romanæ Curie sanas siquidem, & integras; non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, & omni prorsus vitio, & suspicione carentes, ut in eis prima facie apparebat, Nobis pro parte Reverendissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Francisci Ximenez, tituli Sanctæ Balbinæ Cardinalis Hispaniæ, Archiepiscopi Toletani, Principalis in eisdem literis Apostolicis principaliter nominati coram Notario publico, & testibus infra scriptis præsentatas, Nos cum ea, qua decuit reverentia, noveritis recepisse, quarum quidem litterarum tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales. JULIUS, Papa Secundus: Venerabilis Fratrer, salutem, & Apostolicam benedictionem: concessimus aliàs Fraternalitati tuæ facultatem disponendi de bonis per te per Ecclesiam Toletanam, cui præesse dignosceris, licitè acquisitis, quæ altaris, vel altarium ipsius Ecclesiæ ministerio, seu alicui speciali vsui eorum, vel divino cultui deputata non forent, pro utilitate Collegij Scholarium, quod in Oppido de Alcalá de Henares Toletanæ Diocesis institueras, seu ordinaveras: & aliàs sub certis modis, & forma tunc expressis, prout in nostris desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, felicis recordationis Alexander Papa Sextus, Prædecessor noster per quasdam suas litteras motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine tertiam partem omnium bonorum mobilium, & immobilium, de quibus per Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos, ac etiam Cardinales tam in Romana Curia præsentibus, quàm absentes pro tempore, in quibuscunque testamentis, donationibus causa mortis, codicillis, aut alijs ultimis voluntatibus, quovis modo, etiam ad pias causas quascunque, & alios usus eatenus ordinatum, & dispositum fuerat, aut in posterum ordinaretur, & disponderetur prætextu quaruncunque licentiarum, & facultatum testandi concessarum, & concedendarum Camera Apostolicæ pro Sancta Cruciata applicaverit, & alijs eidem Camera incumbentibus supportandis oneribus assignaverit, & ad illam pleno iure pertinere voluerit, & etiam pro eo, quod in prædictis nostris litteris expressum fuit, quòd de huiusmodi bonis acquisitis testari, & disponere possis. Dubitas solum disponi posse de bonis, quæ tempore Data dictarum nostrarum litterarum duntaxat acquisiveras; non autem de postmodum acquirendis. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, providere tibi in præmissis paterna diligentia curaremus. Nos igitur tuam laudabilem intentionem circa huiusmodi Collegij Scholarium ampliationem attendentes, in hac parte supplicationibus inclinati, eidem Fraternalitati tuæ disponendi de bonis prædictis, tam acquisitis, & pro tempore per te acquirendis, aliàs iuxta tenorem nostrarum prædictarum

litterarum facultatem concedimus in omnibus, & per omnia, perinde ac si in eisdem litteris nostris de bonis huiusmodi per te tunc acquisitis, & pro tempore acquirendis, & de applicatione, & assignatione predictis eidem Camerae de tertia parte huiusmodi per litteras ipsius Alexandri, Praedecessoris expressa mentio facta, & illis specialiter derogatum fuisset, prout per praesentes, etiam si de illis, earumque totis tenoribus specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas id importantes, mentio habenda foret, illarum totos tenores pro sufficienter expressis, & individue enarratis habentes, illis alias in suo robore permanens specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus; & nihilominus venerabilibus Fratribus nostris Oxomeni, & Abulensi Episcopis, & Officiali Toletano mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, vel alios tibi in praemissis efficaciae defensionis assistentes, faciant te pacifica possessione, vel quasi facultate testandi, & disponendi huiusmodi, Collegiumque, Scholares, ac alios, in quos iuxta facultatem tibi concessam de bonis praedictis disponere potes, & disposueris, bonis praedictis, siue per te donatis relictis, seu quovis modo concessis gaudere; & te, ac alios super eisdem bonis per quoscunque indebitè molestari, non permittant. Contradictores censuris Ecclesiasticis, & alijs iuris remedijs, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio secularis brachij. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datis Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima Augusti, millesimo, quingentesimo, quinto: Pontificatus nostri anno secundo. Et in extremitate inferioris marginis. Sigismundus: & a tergo, venerabili Fratri Francisco, Archiepiscopo Toletano. JULIUS. Papa Secundus. Dilecte Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem: licet alias tibi antequam ad Cardinalatus honorem per nos assumptus fuisses, facultatem disponendi de bonis per te, & Ecclesiam Toletanam, cui tunc praeras, prout etiam ad praesens, ex concessione, & dispensatione Apostolica praesse dignosceris, licite acquisitis, quae altaris, vel altarium ipsius Ecclesiae ministerio, seu alicui speciali usui eorum, vel divino cultui deputata non forent, pro vtilitate Collegij Scholarium, quod in Oppido de Alcalà de Henares Toletanae Dioecesis institueras, seu ordinaueras, & alias sub certis modo, & forma tunc expressis, per quasdam concesseramus. Et deinde per Nos, accepto quod felicitis recordationis Alexander Papa VI. Praedecessor noster, etiam per quasdam suas mutu proprio, & ex certa scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine tertiam partem omnium bonorum mobilium, & immobilium, de quibus per Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos, ac etiam Cardinales tam in Romana Curia praesentes, quam absentes pro tempore in quibuscumque Testamentis, Donationibus, causa mortis Codicillis, aut alijs ultimis voluntatibus, quovis modo, etiam ad alias causas quascunque, & alios usus quam, ut ordinatum, & dispositum fuerat, ac in posterum ordinaretur, & disponeretur praetextu quaruncunque licentiarum, & facultatum testandi concessarum, & concedendarum Camerae Apostolicae pro Sancta Cruciatu applicaverat, & alijs eidem Camerae incumbendis supportandis oneribus, & ad illam pleno iure pertinere voluerat. Et etiam pro eo quod in dictis nostris litteris expressum fuerat, quod de huiusmodi bonis acquisitis testari, & disponere possis, dubitabas solum de bonis, quae tempore Datae litterarum nostrarum praedictarum duntaxat acquisieras; non autem de postmodum acquirendis, quare nobis humiliter supplicari fecisti. Nos tuis in ea parte supplicationibus inclinati, circumspectioni tuae disponendi de bonis praedictis tam acquisitis, quam pro tempore per te acquirendis, alias iuxta tenorem litterarum nostrarum facultatem concesserimus, in omnibus, & per omnia, & perinde ac si in eisdem litteris nostris de bonis huiusmodi per te inde acquisitis, & pro tempore acquirendis, & applicatione, & assignatione praedictis

eidem Cameræ de tertia parte huiusmodi per litteras ipsius Alexandri, Predecessoris expressa mentio facta, & illis expressè derogatum fuisset, prout per easdem nostras posteriores litteras, etiam si de litteris Alexandri, Predecessoris huiusmodi specialis, & expressa mentio fieri debuisset, specialitèr, & expressè derogaverimus, & derogatum fore voluerimus: certè desuper Executoribus deputatis, prout in singulis nostris litteris, & Alexandri, Predecessoris præfati litteris prædictis plenius continetur. Quia tamen post Datam singularum litterarum prædictarum ad Cardinalatus honorem assumptus fuisti, à nonnullis nimium curiosis hæsitatur, & in dubium revocatur, an facultate disponendi de bonis tuis per nostras litteras prædictas concessa uti valeas? Nos huiusmodi ambiguitatem tollentes, teque, qui Romanæ Ecclesiæ honorabile membrum existis, specialibus favoribus, & gratijs prosequentes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam; sed de nostra mera libertate, & de nostra certa scientia declaramus: Nostræ mentis, & intentionis fuisse, ut facultate tibi de bonis tuis disponendi per priores, & posteriores litteras nostras prædictas concessa huiusmodi, etiam postquam ad Cardinalatus honorem huiusmodi assumptus fuisti, uti valeres in omnibus, & per omnia, ac si ille post assumptionem ad Cardinalatum tibi per nos concessæ fuissent, ac insupèr, ut de bonis prædictis non solum in Collegium prædictum; verum etiam in alia quæcunque loca, & personas quæcunque pro libito voluntatis tuæ inter vivos, seu ultima voluntate testari, & disponere liberè, & licitè possis, & valeas, licentiam tibi concedimus per præsentem, & liberam facultatem. Donationesque, & institutiones, & dispositiones huiusmodi parte tam priorum, & posteriorum, quam præsentium litterarum nostrarum vigore, Collegio prædicto, & quibuscunque alijs locis, & personis, factas, & faciendas validas, & efficaces fuisse, & esse decernimus. Et ita per quoscunque Auditores, & Iudices, etiam ante Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quavis causa, quæ desuper moveri contingat, teneri, & iudicari, etiam impetrari, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alià iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate. Nec non Executores præfatos tibi, in præmissis tibi assiltere debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque, quavis autoritate, scientèr, vel ignorantèr contingerit attemptari, motu, & scientia similibus decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: & omnibus alijs, quæ in præfatis prioribus litteris nostris tibi concessis, quarum totos tenores præsentibus pro expressis habemus, volumus non obstare, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die decima quinta Augusti: millesimo, quingentesimo, octavo: Pontificatus nostri, anno quinto. Sigismundus. Et à tergo dictarum litterarum talis erat subscriptio. Dilecto filio nostro Francisco, titulo Sanctæ Balbinæ Presbytero Cardinali Toletano. *Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, & receptionem nobis, & per nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte Reverendissimi D. Cardinalis Hispaniæ præfati Principalis in præinfertis litteris Apostolicis principalitèr nominati debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur, iuxta traditam, seu directam per eas à Sede Apostolica nobis formam. Nos igitur Antonius, Doctor, Iudex, & Executor præfatus attendentes requisitionem huiusmodi, fore iustam, & rationi consonam, volentesque mandatum Apostolicum supradictum nobis in hac parte directum, reverentia exequi, ut tenemur. Idcirco Autoritate Apostolica nobis comissa, & qua fugimur in hac parte, præfatas litteras Apostolicas, hunc nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis comunitèr, vel divisim intimamus, insinuamus, & notificamus; & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentem. Vosque omnes, & singulos supradictos,*

prædictos, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus, & monemus primò, secundò, tertio, ac peremptoriè communitè, vel divisiim, ac vobis, & vestrum cuilibet in solidum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra scriptis sententiarum poenis districtè præcipiendo, mandamus, quatenus, infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem dictarum litterarum Apostolicarum, & præsentis nostri processus, ac requisitionem vobis, seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti Reverendissimi D. Cardinalis, Archiepiscopi Toletani, Principalis, seu Collegij, vel Scholarium prædictorum, aut Hæredis, vel Hæredum, Legatarij, vel Legatariorum, Donatarij, seu Donatariorum, aut quoruncunqee aliorum successorum universalium, vel singularium, aut aliorum quoruncunqee, quorum inter est, vel interesse poterit, vel negotium huiusmodi tanget, aut tangere poterit, quomolibet infuturum vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediatè sequentes quorum sex dierum, duos pro primò, duos pro secundò, & reliquos duos dies vobis universis, & singulis supradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus eundem Reverendissimum D. Cardinalem, Archiepiscopum Toletanum, & alios præfatos, quorum interest, aut interesse poterit, quomodolibet infuturum pacifica possessione facultatis testandi, & præsentis indulti: Nec non omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, reddituum per Reverendissimum D. Cardinalem præfatum iure hæreditatis, vel Legatorum, seu Donationum inter vivos, aut causa mortis, ut præfertur, relictorum gaudere faciatis, & ab alijs super his quantum in vobis erit, vel est, eos inquietari, vel perturbari minimè permittatis. **QUOD SI FORTE.** Præmissa omnia, & singula non impleveritis, seu distuleritis contumacitè adimplere, mandatisque, & monitionibus nostris huiusmodi immò veriùs Apostolicis non parueritis, realitè, & cum effectu, Nos in vos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis, in præmissis, & generalitè in Contradictores quoslibet, & Rebelles, ac ipsum Reverendissimum Dominum Cardinalem, seu Collegium, vel Scholares prædictos, aut Hæredem, vel Hæredes, Legatarium, vel Legatarios, Donatariorum, seu Donatarios, aut alios quoscunqee successores, universales, seu singulares, aut alios quoscunqee, quorum interest, vel interesse poterit, vel negotium huiusmodi tanget, aut tangere poterit, quomodolibet in futurum impediens super præmissis in aliquo, aut ipsos impediens dantes auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, cuiuscunqee dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, ex nunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, singularitè in singulos prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis in Capitula, ac Conventus, & Collegia quæcunqee in his forsàn delinquentia, suspensionis à divinis, ac ipsorum Rebellium, & delinquentium Ecclesias, Monasteria, & Capellas interdicti Ecclesiastici sententias ferimus, in his scriptis, & etiam promulgamus Reverendissimis, ac Reverendis Patribus, Dominis Archiepiscopis, & Episcopis quibuscunqee, duntaxat exceptis, quibus ob reverentiam Pontificalium dignitatum, deferimus in hac parte, si aliqui contra præmissa, vel ipsorum aliquid fecerint, seu fieri mandaverint, per se ipsos, vel submissas personas publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, quibus, & ipsorum quemlibet ex nunc, prout ex tunc, & è contra prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, ingressus Ecclesiarum interdicimus his scriptis: si verò huiusmodi interdictum per alios sex dies præfatos sex dies immediatè sequentes sustinuerint, ipsos, & eorum quemlibet, & in his scriptis, simili canonica monitione præmissa, suspendimus à divinis. Verùm si præfatos interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim immediatè sequentes animis, quod absit, sustinuerint, induratis, ipsos, & quemlibet ipsorum ex nunc, prout ex tunc, & è converso huiusmodi cano-

nica monitione præmissa in his scriptis, excommunicationis sententia auctoritate Apostolica supradicta innodamus. CÆTERVM. Cum ad executionem præmissorum ulterius faciendam nequeamus quoad præsens personalitè interesse, universis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sachristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus, eorundem Plebanis, Vice-Plebanis, Archipresbyteris, Vicarijs perpetuis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Altaristis, Presbyteris, Clericis, cæterisque iuris Ecclesiastici, in quibuscumque dignitatibus, gradibus, vel officijs constitutis, Notarijsque, & Tabellionibus publicis quibuscumque per Civitatem, & Diocesim Toletanam, ac aliàs ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione dicti mandati Apostolici, ac nostri favenda, Auctoritate Apostolica supradicta tenore præsentium plenariè committimus vices nostras, donec eas ad nos specialitè, & expressè duxerimus revocandas. Quos Nos etiam, & eorum quemlibet in solidum auctoritate eadem tenore præsentium requirimus, & monemus primò, secundò, tertio, & peremptoriè comunitè, vel divisim, eisque nihilominus, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet, nisi fecerint, quæ mandamus, districtè præcipientes, mandamus, quatenus infra sex dies post presentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem pro parte dicti Reverendissimi Domini Cardinalis, Archiepiscopi, seu Collegij, vel Scholarium prædictorum, aut Hæredis, vel Hæredum, Legatarij, vel Legatariorum, Donatarij, seu Donatariorum, aut aliorum quoruncumque successorum, universalium, seu singularium, aut aliorum quoruncumque, quorum interest, aut interesse poterit, vel negotium huiusmodi tangit, aut tangere poterit, quomodolibet in futurum eis, seu eorum alteri desuper factas, immediatè sequentes, quos dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio à canonica monitione assignamus. Ita tamen, quòd in his exequendis, alter eorum alterum non expectet, nec unus pro alio, seu per alium se excuset; ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus huiusmodi noster processus dirigitur, personasque, & loca alia, de quibus vbi, & quando, & quoties expediens fuerit, personalitè accedant, seu accedat, & per factas litteras Apostolicas hunc nostrum processum, & omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis comunitè, vel divisim legant, intiment, insinuent, & fidelitè publicare procurent, seu legat, intimet, insinuet, & fidelitè publicare procuret, ac præfato Reverendissimo Domino Cardinali, Archiepiscopo, & alijs prædictis, efficacis defensionis præsidio assistant, facientes illos approbationis, invocationis, confirmationis, decreti, & novæ concessionis prædictorum gaudere; non permittentes, ipsos per quoscumque desuper quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari; sed facientes ea, de quibus in præinsertis litteris Apostolicis fit mentio iuxta earundem litterarum continentiam, tenorem, atque formam, quantum in eis fuerit, perpetuò inviolabilitè observari: non obstantibus, quæ prælibatus Dominus Sanctissimus noster Papa in præinsertis litteris, voluit non ob stare. Et generalitè omnia alia, & singula nobis in hac parte comissa, plenariè exequantur iuxta prædictarum litterarum Apostolicarum, & præsentis nostri processus, vim, formam, continentiam, & tenorem. Ita tamen, quòd dicti Subdelegati nostri, vel quicumque alius, seu alij nihil in præiudicium dicti Reverendissimi Domini Cardinalis, Archiepiscopi, & aliorum præfatorum valeant attemperare, quomodolibet in præmissis, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis, absolvendo, vel suspendendo, aliquid immutare. In cæteris autem, quæ præfato Reverendissimo Cardinali, & alijs præfatis in præmissis nocere posset, vel quomodolibet obesse præfatis

Subde-

Subdelegatis nostris, & quibuscunque alijs potestatem omnimodam denegamus. Et si contingat, Nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis omnimodam potestatem reservamus; non intendimus propterea comissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare; nisi de revocatione ipsam specialem, & expressam in litteris nostris fecerimus mentionem: per processum autem nostrum huiusmodi volumus, nec intendimus nostris in aliquo præiudicare Collegijs: quominus ipsi, vel eorum alter, servato tamen hoc nostro processu, in huiusmodi negotio procedere valeant, prout eis, vel alteri eorum visum fuerit expedire: ea nihilominus, si fortè aliqui, quos supra dictum tangit negotium, seu tangere poterit, quomodolibet infuturum mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi immòverius Apostolicis obedire, & parere recusaverint, & recusarent, seu neglexerint contumaciùs adimplere, Illustrissimum, & Serenissimum, ac Potentissimum Principem, & Dominum Ferdinandum Dei gratia, Hispaniarum, & utriusque Siciliae Regem Catholicum, & alios Dominos Duces, Principes, Barones, Cæterosque nobiles quoscunque in istis Regnis, & præsertim in Civitate, & Diocesi Toletana prædictis iurisdictionem temporalem, & ordinariam quomodolibet exercentes, eorumque loca tenentes, & eorum quemlibet tanquam Religionis, & fidei Christianæ participes, & etiam defensores ex parte dicti Domini nostri Papæ requirimus, & ex nostra autoritate rogamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet, si, & prout fuerint requisiti, seu fuerit requisitus pro parte Reverendissimi D. Cardinalis, & aliorum prædictorum, per se, vel alium, seu alios, & verè Catholici siqui in hac parte officij dextram attendentes infra sex dies post præsentationem, seu notificationem prædictarum litterarum Apostolicarum, & requisitionem, eis, seu alteri eorum, ut præmittitur, factis, immediatè sequentes, quoscunque in præmissis Contradictores, etiam Rebelles, ac eorum quemlibet, prout in his culpabiles fuerint, qui sic iudicium, & censuram Ecclesiasticam contempserint, per cautionem, & detentionem bonorum suorum mobilium, & immobilium in ipsorum iurisdictionibus consistentium primò, & deinde ipsarum personarum cautionem, & quemlibet alium modum canonicum, qui eisdem Dominis temporalibus, & ipsorum officarijs videbitur expedire, autoritate nostra immòverius Apostolica compellant, etiam manu forti, absque tamen gravi læsione corporum eorundem usque ad integram partitionem decreti nostri, & singulorum in præsentem processum nostro contentorum, & aliàs ipsos inobedientes, & Rebelles, & eorum quemlibet astringant, & cum potentia brachij sæcularis, donec ad obedientiam Sanctæ Matris Ecclesiæ devenerint, & processibus nostris ante dictis paruerint, beneficium quoque absolutionis à prædictis sententijs nostris meruerint obtinere. Præfatas verò litteras Apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia, & singula huiusmodi negotium tangentia volumus penes Reverendissimum D. Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, ac alios præfatos, aut Procuratores suos remanere. Et non per vos, aut aliquem vestrum, seu quemcunque alium, ipsis invitis, & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri, contrarium verò facientes præfatis nostris sententijs, prout in his scriptis per Nos latæ sunt, dicta canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem sumptibus, & expensis: absolutionem verò omnium singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut eorum aliqua incurrerint, seu incurrerit, quoquomodò nobis, vel superiori nostro tantummodò reservamus. INQUORUM omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentem litteras, sive præsens publicum instrumentum, processum nostrum huiusmodi in se continentem, sive continens exinde fieri, & per Notarium publicum infra scriptum subscribi, & publicari mandavimus, nostroque sigillo iussimus, & fecimus impressione communiri. Datis, & Actis in Oppido de Alcalà de Henares, sub anno à nativitate Domini millesimo, quingentesimo, octavo, die verò

Lunæ, quarta Mensis Septembris; presentibus ibidem Reverendissimo Domino Doctore Francisco Alvare de Toledo, Sedis Apostolicæ Protonotario, Scholastico, & Canonico dictæ Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, & venerabili viro Ioanne de Vallejo Portionario dictæ Ecclesiæ Toletanæ, eiusdem Reverendissimi Cardinalis familiare, Testibus ad præmissa vocatis, simulque rogatis. Doctore. V. G. & Iudex Apostolicus; & ego Ioannes de Astudillo, Clericus Toletanæ Diocesis, publicus Apostolica auctoritate Notarius, quia præmissis omnibus, & singulis dum sic, ut præmittitur, per præfatum Reverendissimum D. Doctorem, Iudicem Apostolicum, & coram eo agentur, dicerentur, & fierent vnà cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque omnia, & singula sic fieri vidi, & audivi, & in hac notam sumpsit. Ideò hoc præfens publicum instrumentum propria manu subscripsi, & publicavi, unà cum eiusdem D. Iudicis sigillo roboravi in fidem, robur, & testimonium præmissorum rogatus, & requisitus.



PORENDE POR VIRTVD DE LAS SOBREDICHAS FACULTADES, Licencias, è Poderes à Nos dados, por la presente Otorgamos, è conoscemos, que hacemos, y ordenamos este nuestro Testamento, è postrimera voluntad en la manera, y forma siguiente.

1 PRIMERAMENTE: ante todas cosas, encomendamos nuestra Anima à Dios, nuestro Señor, que la criò, è redimiò por su Passion, la qual suplicamos, que sea juzgada segun su clemencia, è piedad, è no segun nuestro merecimiento, y obras. Porque ante su Divino acatamiento ninguna Criatura puede ser justificada, sino por la Sangre de su Hijo precioso, è por sola la justicia, è merecimiento, que èl mereciò à nosotros; è suplicamos à nuestra Señora la Virgen Maria, su gloriosa Madre, è à todos los otros Santos de la Corte Celestial, que sean intercessores, para que nuestras culpas, è negligencias sean perdonadas.

2 E MANDAMOS, que en qualquiera parte, que à Nuestro Señor pluguiere de llevarnos de esta presente vida, sea traído nuestro Cuerpo à la Iglesia de Santo Ildefonso de nuestra Villa de Alcalà de Henares, que es dentro en el Colegio, que Nos mandamos allí edificâr, y que sea allí sepultado: el qual lugar elegimos para nuestra Sepultura, por los muchos Sacrificios, è Oraciones, que allí continuamente se celebran, è dicen.

3 E MANDAMOS, que así en la dicha Iglesia de San Ildefonso, como en la Iglesia de los Bienaventurados Martyres Sant Justo, è Pastor, que Nos reedificamos, è en la de Sant Juan de la Penitencia, y en la Iglesia de Santa Isabel de las Doncellas, que son en la dicha Villa de Alcalà de Henares, en la Capilla, donde se canta, è dize el Oficio Mozarabe, que Nos avemos renovado, que es en nuestra Santa Iglesia de Toledo, è en la Iglesia principal de la Encarnacion de nuestra Señora de la Vitoria de la Ciudad de Oràn, donde solia ser la Mezquita mayor, è en el Monasterio, que Nos mandamos hazer en la nuestra Villa de Tordelaguna; que en estos siete lugares, y en cada vno de ellos se ponga vna Tumba, por señal; para que allí se digan los Resposos, è Memorias, que por nuestra Anima dexamos mandados, y ordenados, que se digan en los otros Lugares; è en especial encargamos, y rogamos à los Presbyteros, que celebraren en cada vno de los dichos lugares, que en sus Sacrificios, y Missas, ayan memoria de rogar à Dios por nuestra Anima, è de los otros Difuntos: y que acabada la Missa digan vn Responso rezado, donde estuviere la dicha Tumba, por nuestra Anima, è de nuestros Difuntos, è generalmente por todas las Animas de todos los otros Difuntos. Y esto todo allende de las otras Memorias, que Nos dexamos ordenadas, así en el dicho nuestro Colegio, como en

los otros lugares, donde mandamos, que estuviere puesta la Tumbâ, en señal de las otras Memorias, que alli se han de decir, è de la Memoria, que mandamos decir en la Iglesia de Nuestra Señora de la O, de la Ciudad de Granada. Las quales encargamos à nuestros Testamentarios entiendan, en como se cumplan, en la manera, que por Nos queda dispuesto, y ordenado.

4 OTROSI, mandamos, que el dia de nuestro fallecimiento se junten las Cofradias de la Ciudad, Villa, ò Lugar, donde falleciéremos; y los pobres, que se hallaren en el dicho Lugar, para que rueguen à Nuestro Señor por nuestra Anima: y à las dichas Cofradias les den nuestros Testamentarios lo que les pareciere, y à los pobres los vistan, y les hagan la limosna, que vieren. Y si aconteciere fallecèr fuera de nuestra Villa de Alcalâ de Henares, donde Nos, nos mandamos enterrar, mandamos, que el dia que fuere traído nuestro Cuerpo à la dicha Villa, se junte asimismo toda la Clerecia, Religiosos, è Cofradias, è Pobres, que se hallâren, para que rueguen à Dios por nuestra Anima: y à las Cofradias, è Clerecia se les dè lo que à nuestros Testamentarios pareciere, y vistan à los otros Pobres, y les hagan la limosna, como ellos ansimismo vieren.

5 OTROSI, mandamos, que nuestro enterramiento, sepultura, è obsequias se hagan como à nuestros Testamentarios pareciere, declinando mas a devocion, è humildad, para provocar à los que estuvieren presentes, que rueguen à Dios por nuestra Anima, que à lo contrario de esto.

6 OTROSI, mandamos, que el dia de nuestro enterramiento, nuestros Albaceas, y Executores, procuren de buscar, è busquen los mas Sacerdotes, que pudieren haver, è hagan, que celebren, è ruegen, è ofrezcan à Dios Sacrificio por nuestra Anima, è les dèn su limosna, y esto mismo procuren los nueve dias siguientes del dia de nuestro enterramiento.

7 OTROSI, por quanto Nos mandamos, que se dixessen ciertos Aniversarios, è Memorias en nuestra Santa Iglesia de Toledo, el dia, que se tomò la Ciudad de Orân, que fuè à diez, y ocho de Mayo, è para esto les mandamos dar cinquenta mil maravedis de Juro perpetuo, segun que con el Dean, è Cabildo de nuestra Santa Iglesia està asentado, è concertado: E para cumplir los dichos cinquenta mil maravedis de Juro perpetuo, hicimos nuestros Comissarios, è Deputados al Maestro Juan Martinez de Cardena, Canonigo de nuestra Santa Iglesia de Toledo, è al Licenciado Diego Gonzalez del Varco, del nuestro Consejo, à los quales dimos, y entregamos luego vn cuento de maravedis, para que comprassen los dichos cinquenta mil maravedis de Juro perpetuo: Mandamos, que si ellos no lo oviesen comprado, ò Nos no lo huvieremos mandado comprar, q̄ nuestros Testamentarios lo hagan cumplir, è cumplan luego: è si mas dineros de el dicho cuento fuere menester, para comprar el dicho Juro perpetuo, los dèn de manera, que los dichos cinquenta mil maravedis de Juro perpetuo se cumplan enteramente.

8 OTROSI, por quanto Nos mandamos à los dichos nuestros Diputados, comprar ciertos Ornamentos para la dicha nuestra Sâta Iglesia, con que se digan las dichas Memorias, è Aniversarios, que alli mandamos decir, y para esto les dimos un cuento de maravedis: Mandamos, que si los dichos nuestros Comissarios no lo ovieren cumplido, que nuestros Albaceas lo hagan luego cumplir: para que los dichos ornamentos se dèn luego à la dicha nuestra Santa Iglesia de Toledo.

9 OTROSI, mandamos à la dicha nuestra Santa Iglesia de Toledo vna Ara pequena de Marmol, la qual fuè sacada de el Santo Sepulcro de nuestro Señor Jesu Christo, y para ello fuè alzada la piedra, con que estava cerrado el Sepulchro, è dende fuè tomada la dicha piedra de Ara, è nos fuè traída por el Guardian de el Monaste-

Monasterio de la Observancia de nuestro Padre Sant Francisco, que estava en Jerusalen.

10 OTROSI, mandamos para el Sagrario de la dicha nuestra Santa Iglesia de Toledo, vna Copa con su sobre-Copa de Oro, è de Viriles, que fuè de la Reyna Doña Isabel, mi Señora: que sea para tener Reliquias.

11 OTROSI, mandamos para el Sagrario de la dicha nuestra Santa Iglesia vn Vaso de Unicornio guarnecido de Oro con su cobertor de Oro, que fuè de el Señor Rey Don Phelipe, que Dios tiene: así mesmo para Reliquias.

12 OTROSI, mandamos, que se dè à la dicha nuestra Santa Iglesia de Toledo, la Mithra de el Arzobispo Don Sancho de Roxas, que yo tengo, y la Cruz Pectoral, y el Anillo Pontifical, è las Sandalias, è los Calzones, è la Tunica, è Tunicela, è el Gremial, que es de la dicha nuestra Santa Iglesia.

13 OTROSI, por quanto nos ovimos mandado à los dichos nuestros Comissarios, que comprassen treinta mil maravedis de Juro perpetuo, para que se diesse al Cabildo de la Iglesia de Santa Maria de la O, de la Ciudad de Granada, por que tuviessen cargo el Dean, y Cabildo de la dicha Iglesia de Nos decir cada año perpetuamente vn Aniversario en la dicha Iglesia, el dia de nuestra Señora de la O, en esta manera: para que en el dicho dia de nuestra Señora de la O, nos digan despues de las Vísperas vna Vigilia, y Noturno con sus Resposos, y el otro dia siguiente vna Missa cantada de la Cruz con su Responso despues de la dicha Missa, è despues en el otro dia tercero adelante, vna Missa de Requiem cantada con sus Resposos y si alguno de los dichos dias ocurriessse tal fiesta, ò otro impedimento, que no se pudiesse decir la dicha Vigilia, è Noturno, y las dichas Missas en los dias, que así van señalados, sea obligado el dicho Cabildo, à las decir luego en los dias primeros siguientes, en que no aya impedimento legitimo. Los quales dichos treinta mil maravedis se han de repartir por las personas, de el dicho Cavildo, que se hallaren presentes, è interefentes à la Vigilia de las Vísperas, y Missas como dicho es: è para los comprar, dimos à los dichos nuestros Comissarios los dineros, que fueron necessarios: mandamos, que si los dichos nuestros Comissarios no lo huvieren cumplido, que nuestros Testamentarios lo hagan cumplir luego.

14 OTROSI, por quanto nos mandamos à los dichos nuestros Comissarios, que así mismo comprassen otros treinta mil maravedis de Juro perpetuo, para que de los veinte mil de ellos se dixesse vn Aniversario en cada vn año perpetuamente en la Iglesia Principal de la Encarnacion de Nuestra Señora de la Victoria de la Ciudad de Orán, donde solia ser la Mezquita mayor, el qual Aniversario se ha de decir el dia, que se ganó la dicha Ciudad de Orán, que fuè à diez, y ocho dias del mes de Mayo, en esta manera: A las Vísperas vna Vigilia, y un Noturno, con sus Resposos, y el dia una Missa de la Cruz cantada con su Responso, despues de la dicha Missa, y otro dia siguiente una Missa de Requien cantada con su Responso. E si en alguno de los dichos dias ocurriessse tal Fiesta, ò otro impedimento, que no se pudiesen decir la dicha Vigilia, è Noturno, è las dichas Missas en los dias, que así están señalados, sean obligados à los decir en los dias primeros siguientes, en que no aya legitimo impedimento. Los quales dichos veinte mil se han de repartir por todas las personas de el dicho Cabildo de la dicha Iglesia, è por todos los otros Beneficiados, ò sus lugares Tenientes, de la dicha Ciudad, que estuvieren presentes, è interefentes à la dicha Vigilia, è Missas. E los otros diez mil maravedis restantes, mandamos, que fuesen, para que se compren en cada vn año Ornamentos, è las otras cosas, que fueren necessarias para la dicha Iglesia. Para lo qual dimos à los dichos nuestros Comissarios todos los maravedis, que fueron necessarios. Por ende mandamos, que si no lo ovieren cumplido, que nuestros Testamentarios lo hagan cumplir.

cumplir. Y tengan cargo de los dichos diez mil maravedis provèer de Sitiales para la Tumba conformes à los que agora les dimos.

15 OTROSI, mandamos, que se dè al Monasterio de San Juan de la Penitencia, que Nos edificamos en la dicha nuestra Villa de Alcalà, el Calize, con que à la continua se nos dize Missa, y la Cruz de gaxos, que fuè de los Reyes de Aragon, y la Imagen de nuestra Señora, que continuo tenemos en el Altar.

16 OTROSI, mandamos, que les sean dados al dicho Monasterio de San Juan de la Penitencia quatro paños de nuestra Tapizeria de la fina, y media docena de Alhombros, que sea todo lo mas conforme para su Iglesia.

17 OTROSI, por quanto Nos ovimos mandado à los dichos nuestros Comissarios, que diessen à todos los Lugares, donde mandamos, que estèn puestas Tumbas, Capelos para las Memorias, è Aniversarios, que se nos han de decir, cada dos Sitiales a cada Lugar para encima la Tumba, vno de terciopelo negro para las Fiestas, otro de Carmesì, para los dias de las Pasquas, è Fiestas mas solemnes, segun Nos los dexamos echos, è repartidos: è demàs les dèn cada dos Alhombros para de continuo, para lo qual les dimos los dineros, que eran necessarios: Mandamos, que si nuestros Comissarios no lo ovieren fecho, nuestros Testamentarios lo hagan cumplir luego.

18 OTROSI, por quanto Nos dimos à los dichos nuestros Comissarios, è Diputados quinientas mil maravedis en dineros, è mil, è quinientas fanegas de trigo, para que las repartiessen en esta manera. Las ochocientas fanegas de trigo, à la Casa de las Doncellas de Santa Isabel de la Villa de Alcalà de Henares. E las quinientas fanegas al Monasterio de San Juan de la Penitencia. E las docientas al Hospital, que està junto à la dicha Casa. E los dichos quinientas mil maravedis, las ciento, y cinquenta mil maravedis al dicho Monasterio de San Juan de la Penitencia: è las docientas, è cinquenta mil, à la dicha Casa de las Doncellas: è las cien mil maravedis al dicho Hospital: Para que el dicho Monasterio, è Casa de Doncellas, è Hospital, lo tengan para traer su renta adelantada, è para estàr sin necesidad: mandamos, que si los dichos nuestros Comissarios, no lo ovieren cumplido, que nuestros Testamentarios lo hagan luego cumplir.

19 OTROSI, por quanto mandamos à los dichos nuestros Comissarios, que comprassen cinquenta colchones, è cient mantas blancas, è vna docena de sabanas para la dicha Casa de Santa Isabel de las Doncellas, aisi para las enfermas, como para las otras Doncellas necesitadas: mandamos, que si los dichos nuestros Comissarios no lo ovieren cumplido, que nuestros Testamentarios lo hagan luego cumplir.

20 OTROSI, mandamos al dicho Hospital, que està junto con San Juan de la Penitencia nuestras camas, en que continuamente dormimos, è todas las ropas de nuestro vestir, que sean de paño. E por quanto mandamos à nuestros Comissarios, que les comprassen quatro docenas de sabanas; mandamos, que si no lo ovieren cumplido, que nuestros Testamentarios lo cumplan.

21 OTROSI, mandamos à la dicha Iglesia de Santa Isabel de las Doncellas, quatro paños de verdura, de los que Nos tenemos en nuestra Camara, è media docena de Alhombros.

22 OTROSI, por quanto Nos ovimos mandado à los dichos Comissarios, que comprassen docena, y media de Alhombros, y media docena de colchas: è las diessen, è repartiessen en esta manera: la media docena de Alhombros al dicho Monasterio de San Juan de la Penitencia: y la otra media docena de Alhombros, è las seis colchas à la Casa de Santa Isabel de las Doncellas: è la otra media docena de Alhombros al dicho Hospital, que està junto con la dicha Casa de las Doncellas; y para

ello les dimos los dineros ; que fueron menester mandamos ; que si los dichos Comissarios no lo huvieren cumplido , lo hagan luego cumplir nuestros Testamentarios.

